Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift



CXIII

mundus iste ignoraret. Hoc itaq; ordine suo baptizato universi pene compererat secundum morem baptizari sunt. et per dies singulos qui supererant indies laudibus perdurantes. durabant dies ac noctes hymnis ac canticis et qui fideles milites parabant animos suos ad dimicandum pro christi nomine in martyrio bellaturos. ita ut mulieribus et infantibus amor feruere nimius et invitem se ad confessionem sci nominis. contra diabolicas artes preparent.

IESVS itaq; accepte dilationis expletis. chromatii urbis perfectus ad sedem tranquillinum marcelli et marci patrem uenire iubet. quem cum de suo inquirere arbitrio filiorum. Tranquillinus ait. ad referendas beneficiis uestris gratias. nullus oris mei sufficit sermo. Nisi enim currentem sententia frenauit moderaminis temperasset. nec ego filios haberem. nec me patrem filii haberent. Sed gratulentur michi dñs quos tener pater affectus. et pugil karitatis stimulus. iam una credo quod mihi congaudeat celsitudo. quando mortuus una collata est anxietas letitia redditur. solluetis securitas constituta. hinc prefectus christianos filios eius. suis uelle idolis cernuos inclinare aut. aduenienti die debita numinibus. a filiis suis thura reddant. pque et tu cum filiis pseueres incolomis. et tibi filii donentur. audiens hec tranquillinus ait. illustrissime uirorum. examinis uestri libram. uertatis rectitudine si ueluis erga me et filios meos equa lance pensare. agnoscere poteritis hoc christianum uocabulum magne esse uirtutis. Perfectus dixit. Insanis tranquillime. Tranquillinus dixit. Insaniam passus sum et animi et corporis. sed statim ut credidi xpo. et animi mei et corporis recepi sanitatem. Prefectus dixit. Ego uideo adhoc inducias sceleratis filius tuis dedisse cognoscor. ut non solum tu illos aberrore non ruleris. sed ut illi re suis erroribus arceremini. Tranquillinus dixit. Peto iam uiam nominis errores discutiam. et uidere que opa erroris nomine nuncupentur. Prefectus dixit. Tu dic que opa erroris nomine accipiam. Tranquillinus dixit. Primum error est uiam uite derelinquere. et uiam mortis gratanter incedere. Prefectus dixit. Et quid est uiam mortis gratanter incedere. Tranquillinus dixit. Non ne tibi uidetur uia mortis hominibus mortuis deitatis nomen imponere. et figuras eorum sculptas ligno et lapide adorare. Prefectus dixit. Ego non sum dii quos colimus. Tranquillinus dixit. Imitantur non sunt dii. ut legantur incolis uris. et quam male nati sunt. et qua iniquos et sceleratos et credeles parentes habuerint. et quam inique dolose et fraudulenter uixerint. et quam misera bilitate mortui sint. Num quid aure quam saturni creatis imparet. et filiorum suorum carnes comederet deus non erat incelo. aut creata insula habebat regem. et ceteri non habebant dñm. Valde erat qui putat iouem filium ei imparem fulminibus. hominem iniquo malitia et libido regnabat. Quem non pertimuit est. qui patri non pepercit. aut quam sordidem non exercuit. qui suam germanam accepit uxorem. Inforo implatetis. in domibus. atq; in omni loco comiche legitur sordidissima iuno. que et soror et communx fuerit gratia. et rapti ganimedis honor turpissimus atq; incestissimus abbis a quibus ipse iouis colitur. non negatur. Non ne erras uir sublimis. qui tales cons quales romane iubent leges pessimi facti qualitate damnari. et relicto deo omnipotente qui uiuit. ~~rem~~ lapidi dicis. ds mis es tu. et ligno dicis tu adiuua me. Prefectus dixit.

regnat.